



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

MLXXXIII. Päpstliche Dispensation zur Vermählung des Markgrafen Otto
von Brandenburg mit der Prinzessin Katharina, Karls IV. Tochter, vom 23.
Februar 1366.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

MLXXXIII. Päpstliche Dispensation zur Vermählung des Markgrafen Otto von Brandenburg mit der Prinzessin Katharina, Karls IV. Tochter, vom 23. Februar 1366.

URBANUS, episcopus, seruus seruorum dei, Dilecto filio nobili viro Ottoni marchioni Brandenburgensi et dilecte in Christo filie nobili mulieri Katherine, nate Carissimi in Christo filii nostri Caroli Romanorum imperatoris semper augusti et Boemie Regis Illustris, salutem et apostolicam benedictionem. Etsi inter illos quos in prohibitis gradibus nexus consanguinitatis uel affinitatis astringit sacrorum censura canonum matrimonialem copulam interdicat, Romanus tamen pontifex, ex plenitudine potestatis, quam non ab homine obtinet, sed a deo, considerata personarum et temporum qualitate, nonnunquam rigorem maxime circa sublimes personas, mansuetudine temperat et quod negat iuris seueritas, de gratia benignitatis indulget. Exhibita siquidem nobis pro parte uestra petitio continebat, quod nuper inter Carissimum in Christo filium nostrum Carolum, Romanorum imperatorem, semper augustum ac Boemie regem, illustrem genitorem tuum, filia katherine, et te, fili Otto, habitus est tractatus, quod pro corroboratione consanguinitatis et dilectionis, que dudum inter dictum imperatorem et te, Otto, uiguit, prout uiget, uos matrimonialiter copuletis; sed quia ab vno tercio, et ab alio lateribus quarto consanguinitatis gradibus simul coniuncti existitis, tractatus huiusmodi adimpleri non potest, dispensatione super hoc apostolica non obtenta. Quare pro parte uestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut prouidere uobis super hoc de oportune dispensationis gratia dignaremur. Nos itaque, qui cunctorum fidelium et presertim principum et potentum uotis libenter annuimus et ipsorum mutuam caritatem sinceris desiderijs affectamus, ex premissis et alijs certis causis nobis expositis, necnon consideratione imperatoris prefati, nobis super hoc humiliter supplicantis, huiusmodi supplicationibus inclinati, uobiscum, ut impedimento, quod ex consanguinitate huiusmodi prouenit, nequaquam obstante, matrimonium inuicem contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, remanere licite ualeatis, auctoritate apostolica tenore presentium de speciali gratia dispensamus, prolem ex huiusmodi suscipiendam matrimonio legitimam nuntiantes. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Datum auiniono VII. kalendas martij pontificatus nostri anno quarto.

Nach dem im R. R. Geh. Hof- und Haus-Archive zu Wien befindlichen Original.

MLXXXIV. Punkte, worüber der Kaiser, der Markgraf von Brandenburg und der Herzog von Lüneburg durch des Grafen von Schwarzburg Vermittlung, zur Erhaltung der öffentlichen Sicherheit in ihren Landen übereingekommen sind, am 1. Juli 1366.

Dyt synt de deghedinghe, de de van Suartzeborch ghedeghedinghet heft tuischen deme keyfere, deme markgreuen von Brandenborch vnde deme Hertzogen van